



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Bernardus Senens. Conf. 22. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Aug.
udia
sol.

ng.

III.
Au-
cul-
qui
cula
ita-
ty-
fla-
ro-
mar-
jā,
to-
na-
erri
m-
na-
bus
it:
ter
em
vi-
ur-
ir.
x-
da-
a-
m

22. Aug. VITÆ SANCTORUM. 523
trem juvat, juvat oculos claudere. Au-
dite votum novum sidera, & tu fili, si,
sanguine subscribe. Hæc aut similia ma-
ter filius interim cælestis jam Capitolium
victor tenebat. Ex Surio.

Quæris aurum, & si volueris, fortè non
habebis; Deum, cùm volueris, habebis; quia
& antequam velles, venit ad te; & cùm a-
versa voluntate esse, vocavit te; cùm con-
versus esse, terruit te; & cùm territus
confitereris, consolatus est te. S. Aug. sup.
Psalim. 32.

S. BERNARDUS SENENS. CONFESSIONES.

22. Augusti.

SEnis oriundum sive Ioannem sivi BER-
NARDUM dicas, nunquam nomen
mentietur, sempè Virginis clientem
loquetur. *Ioannes* à puero indigetatus,
cùm mansuetiorum musarum ductu ad
Themidis adyta penetrasset, & quas di-
dicerat modo leges cum plausu jam do-
ceret, quò rectius humana perspiceret,
in oculorum gravissimam ægritudinem
incidit. Placuit à *Maria* veriori Cyn-
thiâ lumen mendicare; huic, si oculos
illa reddat, totum hominem vovet. Vo-
ti damnato dies interim appetebat quo
disputandum pro morte in publico
erat. Hic dum Codicem, dum Di-
gesta frequens corona hiat, ille alia
omnia ingressus dicere contra legem
homi-

524 VITÆ SANCTORUM. 22. Aug.
hominumq[ue] vanitatem declamat; eam
vel coecutientibus nuper oculis seait per-
vidisse; ne mirarentur, si hi redditia
VIRGINE humana omnia despicerent
deinceps, è cælo esse: sequerentur illi
oculatum nunc Doctorem, qui lippien-
tem nuper. Finem orationi fuga dedit in
montem olivis nobilem, quo pluribus
jam concurrentibus, JOANNES scalas è
cælo, & in his descendere beatos genios
vidit, secumque candidatos quām pluri-
mos ad Virginem Filiumque Virginis ab-
ducere, quod visum nequam som-
nium esse tunc credit, cum Pontificis
auctoritate vestem pro suis ex cæli sen-
tentia' candidam, leges à D. Benedicto
sancitas, Ordini nomen à Maria de
Monte Oliveti, ipse Bernardi accepit.
Obiit dum sociis, à peste infectis oculis
pius claudit ipsissimus ocellus cæli,
ex quo utinam o Mariani Argum fa-
ceretis! Ex Chron. ejusd. Ord.

Quantum illi landandi atque prædican-
di, qui dignati non sunt cum mundo flo-
rente florere; tantum increpandi &
acusandi sunt, quos periri cum poreunte
delectat. Auguſt. Epift. 45.

S. A N-